

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 4. Deus, etiam cum dormire videtur, pro nobis vigilat; quod exemplo, in  
naui dormientis Christi planum fit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

52 Cap. III. Alia noui Testamenti exempla  
bis nihil facientibus , à capite nostro peri-  
cula amoliuntur. At nos ingrati , raro hanc  
& Dei prouidentiam , & Angeli curam ag-  
noscimus , aut vnde cumque agnitam , sæpe  
non pluris, quam somnium (vt initio Petrus)  
aut nebula , in pariete , æstimamus .

§. IV.

*Deus , etiam cum dormire videtur , pro nobis  
vigilat ; quod exemplo , in navi , dormi-  
entis Christi planum fit .*

Quid quod non solum , homine dormien-  
te , Deus pro eo vigilet , sed vigilet etiam tum ,  
quando homini aut dormire videtur , aut  
dormitare? Quod sane , sicut ostendit , quan-  
do iustitiae suæ iram ostendit , & excitatus est  
tanquam dormiens , tanquam potens crapulatus à  
vino & percussit inimicos suos ; ita etiam patef-  
cit , quando , in summo rerū cardine , homi-  
nes versabantur . In lacu , seu stagno Genesa-

Psal. 77.  
65.

Matth. 8.  
24.

Lue. 8.22.

reth , ob magnitudinem , maris nomen sortito ,  
non triremem , sed exiguum atque pescatori-  
am cymbam nocti discipuli cum Christo ve-  
hebantur . Ibi Christus , non simulato , vt  
quidam putant , sed vero naturalique , quam-  
uis , credibiliter , voluntario & procurato  
somno dormiebat . Et ecce motus magnus fa-  
etus est in mari , ita ut nanicula operaretur flu-  
tibus .

*Etibus.* Crediderim etiam, non casu, aut natura, sed consilio prouidentiaque Christi, tempestatem exortam, vt Apostolis, & dif- fidentia sua innotesceret, & Magistri dor- mientis quoq; cognita fieret vigilantia. Sæ- uiente igitur vento, & procellis in nauim insilientibus, bene madidi vectores acceſſe- runt ad eum discipuli eius, & fuscitauerunt eū, dicentes: *Domine salua nos, perimus.* Deserti vndique meritò, vt saluarentur, confuge- runt ad Saluatorem: nulla enim alia est tam sacra anchora. Et tamen eos increpans ait: *Quid timidi estis, modicæ fidei?* Ita legimus, Iulium Cæsarem naui vectum, cum nautam videret metuentem, dixisse: *Cæsarem vehis, & times?* quasi Cæsari, in vndis, nihil pos- set aduersi contingere. Non Cæsar, sed Chri- stus erat vndarum Dominus, qui discipulos suos non reprehendit, quod ad eum, in ex- tremo discrimine, confugerent, sed quod, eo præsente, licet dormiente, timidi essent, ac trepidarent, & non potius crederent, eum dormientem vigilare, atque non secus, ac si apertis, leonis more, oculis foret, omnia in- tueri. Ut tamen disserent, quantum opis sit situm in illo, ijs, qui ad eum clamant, vel iam iam perituri: *Tunc surgens imperauit ven-*

54 Cap. III. Alia noui Testamenti exempla.

tis & mari, & facta est tranquillitas magna.  
Nullus vñquam singitur a Poëtis Neptunus  
cœlum tempestatesque tam potenter impe-  
rando serenauisse. Nam et si nec venti audi-  
ant, nec mare, nec morbi; tamen ita obedie-  
unt ei, ac si audirent, imperiumque eius in-  
telligerent: quo pacto etiam surdi, & mor-  
tui vocem eius audierunt. Certè tempesta-  
tes atque morbi sæpe per malos spiritus im-  
mittuntur, quos Dauid vocat, *immisiones per*  
**Psal. 77.** *angelos malos;* igitur increpat ventos Chri-  
**49.** stus, ijsque imperat, ac si malis spiritibus lo-  
queretur. Sunt enim Aquilones, & pestes, &  
dæmones, in eius potestate.

§. V.

*D. Catharinæ Senensi Christus maximè ad-  
fuit, cum maximè abesse videretur.*

Nihil proinde nobis, præsente Christo,  
est metuendum. Etsi absens videatur, adest;  
vti S. Catharinæ Senensi tentatæ & interro-  
ganti: *Ubi eras?* respondit, se cum illa fu-  
isse, & pugnam victoriāmq; illius spectauis-  
se. Libet verbatim referre vtilissima tenta-  
tis documenta, quæ in vita illius ponit Rai-  
mundus ista: *Cum virgo Catharina Senensis,*  
**Raimūd.** *in vita S. multas, à dæmonum infectione, molestias, pro-*  
**Cathari-** *nomine Salvatoris, pateretur, illis fugatis, lux*  
*cæli-*